Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Vocabularius breviloquus

Reuchlin, Johannes

Carlsruhe, 1478

[Vorrede an den Leser]

urn:nbn:de:bsz:31-104913

Visual Library

Sunt qui ſibi iam plurima cōparare volumina ſtatuerūt·a quoꝝ profecto lectione ſepius dictionū auertit ignorantia· faſtiditqꝫ animus legentis· cum orationis vocabula minus itelligat. Itaqꝫ ne libri q̄nqꝫ nobiliſſimi faſtidio lectoris arca reconditi rodant tineis·ac conſumantur ceteris ligni termetibus: iſte omniū vtiliſſimus liber vocabularius·cui nomen eſt breuiloquꝰ· Baſilee acri ſtudio electus·ꝛ emēdata nitidaqꝫ littera impreſſus eſt·vt facile poſſit quiſqꝫ omniū autorū lector illuc tanq̄ ad apollinem delphicū·id eſt·ad quoddā interpretis oraculū recurrere·vbi ꝛ vocabula tam theologie vniuerſe·q̄ iuris vtriuſqꝫ·ceterarūqꝫ facultatū non ſine lucidis expoſitionibꝰ reperiat. Nec eius in orthographia obſeruantiā tradiderim ſilentio: Habet enī tot in ſe orthographie.i.recte ſcribendi rationis conatus atqꝫ ſtudia·vt neſciam ſi poſſit ipſius diligentia ſaltem aliqua pecunia pariter equiparari. Comperiet ſtudioſus lector iandudū latitantē diphthongorū artem· que debeat ſyllaba vel p.ae. vel per.oe.conſcribi·quid per.j.vel per.y.q̄d aſpiratione vel ſine ea. Deniqꝫ quo ſit accentu quodqꝫ vocabulū enunciandū. Qz ſi cunctas velim etiam eruditiones vtiliſſimas hic exprimere· neqꝫ membrana ſufficiet neqꝫ dies. Sane ſciendum pro lectoris cuiuſqꝫ in hunc librū introductione·q̄ ſunt quedā vel noue poſita vel abbreuiata. Nam cum.e.reppereris·tātū valet·quantū.ae.diphthongus·que pene ad ſimilitudinē.e.littere ſolet a nobis pronūciari.e. do p.oe.ponit᷑· que ꝛ ipſa diphthongus inſtar.e.littere a pluribꝰ pfert᷑. Itē·q̄·ponit᷑ p quae. Et·p̄·pro prae. In qbꝰ autem dictionibus huiuſmodi debeant diphthongi collocari·videbit᷑ infra·tum in arte Guarini Veronenſis litteratiſſimi viri· tum in exercitatione·hoc eſt·in huius breuiloqui vocabularij aſſidua lectione. Ibi enī in p̄ctica inuenies· qđ grāmatici in ſpeculatione precipiunt. Item vbi pe.cor.aſpexeris·penultima correpta ſcito valere. pe.pro.penultima producta.antepe. antepenultima.me.cor.media correpta.me.pro media producta. Item vbi.m.s.maſculini generis· ſecunde declinationis.vel maſ. ge.maſculini generis. Item.f.p.femini generis·prime declinationis. Item neu.ge. neutri generis. Item.ꝯ.t.cōis generis·tertie declinationis. Item.ꝯ.p.cōis generis prime declinationis ꝛc. In verbis quoqꝫ.a.p.actiui generis·prime cōiugationis.a.s. actiui generis·ſecunde coniugationis.n.t.neutri generis·tertie cōiugationis.a. q.actiui generis·quarte cōiugationis.d.p.deponentis generis·prime coniugationis· et ſic de alijs.

In preſenti libro continentur.

Item ars diphthongandi Guarini Veronenſis.
Item cōpendioſus dialogus de arte punctandi.
Item tractatus vtilis de accentu.
Item Breuiloquus vocabularius.

HOF-BIBLIOTHEK CARLSRUHE

Diſer vocabularius horet in das cloſter liechtētal by baden gelegen vn ſol da blieben oder wider ge antwurt werden

1478